

01/0 001 5766

ITA:

DIREZ. GEN. DELLE ANTICHITA' E BELLE ARTI
Soprintendenza per i Beni Ambienta- 66
li e Architettonici - Torino

Piemonte

ALLEGATO N. 27 (segue) Documenti vari:

[Stampato Roma, 1875 - Ed. Poligl. Stron. - N. 2. 400.000]

Fotocopia Diploma di Lotario III datato 1133-1137 pubblicato da:

A. Bernard - A. Bruel, Requiel des chartes de l'Abbaye de Cluny, Paris, 1876-1903, vol. V, doc. 4044.

DE L'ABBAYE DE CLUNY.

305

4044.

DIPLOMA LOTHARII III, ROMANORUM IMPERATORIS, PRO ECCLESIA CASTELLITENSIS
IN EPISCOPATO VERCELLENSIS SITA.[Bibl. nat. no. 116-2^o, cap. 283-2^o v.]

In nomine sancte et individue Trinitatis. Lotharius, divina favente clementia tercius Romanorum imperator augustus. Cum imperialis magnificentia omnino nulli deesse debeat, maxime tamen Dei cultoribus et Christi pauperibus exaudicionis sue aures accomodare debet, quorum orationibus adjuti, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus eterna; proinde, omnium fidelium nostrorum, tam futurorum quam presentium, noverit industria, qualiter nostram adiit presentiam venerabilis frater et prior monasterii apostolorum Petri et Pauli, nomine Petrus, rogans ut ecclesiam suam, que dicitur Castellitus, sitam in episcopatu Vercellensi, in nostram suscipereamus tuitionem, moreque antecessoris nostri, dive memorie, Heiurici imperatoris¹, bona ipsius, tam acquisita quam acquirenda, imperiali auctoritate et precepto confirmaremus. Cujus justis petitionibus annuentes, confirmamus quicquid ad presens vel habet, vel habitura est, legaliter tamen et juste, acquisiturum, omniaque in integrum que ad predictum locum pertinere videntur, vel que a fidelibus ibi oblata fuerint, aut quicquid ipsius loci habitatores juste et legaliter acquirere potuerint, per hoc nostrum preceptum denominato loco, regali auctoritate confirmamus, comprehendentes non minus ea que comes Wido ob remedium anime sue eidem optulit ecclesie, tam in possessionibus quam in aliis mobilibus et immobilibus. Precipiendo

¹ L'acte que nous possédons est une copie faite au XII^e siècle. C'est Lothaire II, empereur, qui prenait le titre de Lothaire tertius, apparemment à cause de Lothaire, fils de Hugues, roi de Provence. [Art de vérifier les dates, t. II, p. 30.] Ce diplôme

est été imprimé d'après le copie de la Bibl. nat., par K. Fr. Stumpf, dans les Actes Impériaux inédits, p. 124, n^o 103, sous la date d'octobre 1136, dont la justification nous échappe.]

² [Henri V, empereur, 1106-1125.]